Fragmentarium

VIII B20/140a

ius moriendo ut sponsus suus uictoriam quesierat. Lectio
quinta. Possibile et omnino facile fuit illi qui credentibus etiam
omnia possibilia esse promisit. et dedit ut hoc quoque modo
in solis uirginibus si uellet mirabile in cunctis gentibus et
populis innotesceret. Nam qui humanitatis singularitate est
contentus. plusquam duodecim legiones angelorum exhibendas
sibi a patre potuit obtinere. regnans in eiusdem carnis ma
iestate cum patre: ad sequendum se agnum inmaculatum mi
nus quam duodecim milia uirginum non potuit exhibere. Lectio
sexta. Sed nos ergo maiore uirorum studio de sanctis hiis uirgi
nibus ea tantum sunt preludia: que maxima neque singularia
fuerunt sed multiplicia. Uirginitati sole per se in humani
tis custodia finetenus excellenti. nemo culmen aliud uide
atur equari. De contemptu uero atque amissione parentum
et possessionum omnium. abnegatione sui. ipsaque peregrinatione
pro testamento domini ueritate ac sub ipsa quid dicemus: cum
ipsa ueritas inueni in euangelio de sola rerum possessarum
uenditione et elemosinarum largitione: si se tandem seque
retur perfectionem promiserit: et apostolis pro hoc merito etiam
potestatem in die iudicii alios iudicandi condonauerit.
Legitur autem Omelia. Simile est regnum celorum decem uirginibus
et cetera. Et illud quere supra in breuiario de uirginibus in communi. Dominica infra
octauam xi milium uirginum. Sermo beati augustini episcopi. Lectio prima.
Promissionem meam fratres tenetis que hodie non solis
uobis. sed pluribus etiam qui conuenerunt. domino adiuuante
reddenda est. Que sint decem uirgines quarum sunt quinque
prudentes et quinque stulte: non facile indagari potest.
Uerumptamen secundum ea que continet ipsa lectio. quam cari
tati uestre etiam hodie uolui reserare. quantum in dominus intel
lectum donare dignetur. non michi uidetur ista parabola

0 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15
4 014509 011197
STANDARDGRAPH
No. 9061

License: public_domain – Leuven, Archief van de Abdij van Park, VIIIB20/140a, Fol. [1]r – Augustinus Aurelius, <i>Sermones</i> (https://fragmentarium.ms/view/page/F-25y5/6817/56753)